




**S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Romualdus Abbas. Studium solitudinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](#)



## S. ROMUALDUS ABBAS.

*Studium solitudinis.*

Deus, qui Ecclesiæ tuæ S. ROMVAL-  
DVM vitæ eremiticæ dedisti restau-  
ratorem ; da ut ejus exemplo eru-  
diti & adjuti precibus , amemus cor-  
poris & cordis solitudinem.

*Ora pro Eremijs & Solitariis,*

*Ad usum Patrum.*

an. 591  
it , pau  
S. Marti  
eodigit  
profec  
onversio  
are apu  
aci mo  
Episcop  
, cum u  
et , ter  
retrava  
rtum ,  
Impo  
ria &  
o præse  
Emine  
andave  
obas . B  
t; & El  
us con  
no 699  
miracu  
bentur  
s tta,  
l. 25.

**R**OMVALDVS, Ravennæ nobiliter natus, ætatis an. 20 factus est Monachus, annoque post tertio eremiticam vitam auspicatus. In hac ad summum vitæ rigorem exercens sese, alios quoque ad eumdem instituendos suscepit, in oblato sibi ditionis Florentinæ loco, Camalduli dicto. Inde novum ejus institutum longe lateque fuit propagatum; cuius bono odore pellecti complures, Monachi & Abbates, sua ei monasteria reformanda tradidere; atque ita duplex extitit hodieque perseverat Camaldulensem Ordo. Magna Romualdi apud Reges ac Principes auctoritas fuit; multum pro quiete publica laborantis, multos ad sanctiora proposita trahentis. Martyrii quoque desiderio flagrans, nitebatur trajicere in Panniam; sed divinitus prohibitus, Fabriani in Piceno requievit circa an. 1027, tantis continuo miraculis clarescens, ut quinto anno canonizari meruerit. An. 1466 reserata iterum tumbâ, os unum brachii datum Camaldulo est. Vitam S. Petrus Damiani, coætaneus ejus, scripsit.

*Ecce lactabo eam, & ducam in solitudinem  
& loquar ad cor ejus. Osee 2.*